



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 15. Maximilianus Pontificis petitioni de præstanto fidei juramento
obluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

vi cuius a summo Pontifice agnoscabantur, ac confirmabantur, hinc Pius IV. toto illo tempore plurimum instabat, ut Maximilianus suæ electionis confirmationem a Pontifice peteret; id enim urgere Cardinalis Moronus, cum Oenipontum ad Cæsarem pergeret, præcipue a Papa jussus erat. Præterea alia achuc vitia quoad Maximiliani electionem notabantur, quæ tamen Pontifex se suppleturum spoondit, dummodo hic Princeps Catholicorum partes tueri vellet. Verum hanc sibi demandatam provinciam Moronus obire præpediebatur, hinc Delphinus Papæ Nuntius postea rem in se suscepit, eoque sollicitante Papa exigebat, ut Maximilianus suam electionem a sacra Sede confirmari peteret, necnon fidelitatis juramentum scripto præstaret.

§. XV.

Maximilianus Pontificis petitioni de præstanto fidei juramento oblictatus.

Pallav. c. 6, Verum Maximilianus consentiente eum. 7. *V*erum Maximilianus consentiente etiam Ferdinando Patre suo suam confirmationem a Papa petere recusatbat, fidei autem Sacramento, quod exsolvere rogabatur, opponebat, illud a suis Prædecessoribus usurpatum non fuisse

suisse, si vero eorum nonnulli per suos Sæcul. XVI.
Oratores diadema a Papa recepissent, A.C. 1563.
ac tum se fidem Catholicam defensu-
ros promisissent, ne ipse quidem idem
præstare renueret. Pontifex cum Ma-
ximiliani pertinaciam animadverteret,
etiam ipse remissius egit, contentus, quod
hic Princeps saltem erga Sedem Apo-
stolicam quovis pacto fidem suam ob-
strictam demonstraret: verum Maximi-
lianus juramento se adstringere recusa-
bat, eoquod illud nec Maximilianus I.
nec Carolus V. ut inquiebat ille, præ-
stisset.

§. XVI.

Cæsareorum rationes contra juramen- tum a Papa petitum.

Ceterum Cæsarei objiciebant, quod, *Pallav. n. II.*
si de ejusmodi juramento vetera
adducantur exempla, ea fuerint tum
fortasse accommoda illius temporis Im-
peratoribus, a quibus par erat, ut Apo-
stolica Sedes exigeret hujusmodi cau-
tiones ob eas vexationes, quas sæpe il-
lis insectantibus tolerabat: rebus autem
nunc mutatis, ac regnantibus Impera-
toribus, qui sunt veri Ecclesiæ defen-
sores, eique apprime addicti, ejusmodi
cautela omnino superflua videatur. Præ-
terea hæc addebant: „jusjurandum il-
lud Canonis, tibi Domino, fuit in usu,

Gg 4 „dum